

Exercitatio Tertia

1517. a. 4714. subtrahimus, remanent 3197. anni labentes, quibus in ista reuo-
lutione Romani cycli M. historia primitiua contigerat. Hic nuncemus in 19. diuisus
relinquit 5. Aureum N. a quo penes numerum 1801. proximi maiorem, xxviii Epas
Etalis N. pro nouo, et penes 1701. infra eodem Aureo N. Epactalis N. pro
ueteri Calendario consignatur. Hic Epactalis xv. suam 14. et die 29. Martij quidem,
sicut et xxviii in 15. Martij, hic noui isthic Veteris Calendarij qualitate, consentien-
te Hebraeo Computo, commonstrat: sed quod Aequinoctialis non fuerit, testatur 21. Martij,
quoniam illa 14. et noui Calendarij prouenit, ideo oportuit illam Ultimam et non primam
in anno isto fuisse Lunationem. Quia uero textus scripturae nullibi mentionem Ae-
quinoctij aut calculi dodecatemoriuorum coelestium facit, sed nudum tempus quadron-
tis annij exprimit. Ut legitur Exodj 34. 18. de solennitate Azymorum peragenda hoc
modo: In tempore mensis nouorum, mense. n. Verni temporis egressus es de Ae-
gypto. Et cum in Aegypto multo citius in anno noua fruges, ideoque etiam cum illis
Vernum tempus maturius existerat, competebat quoque aliquoties praecedentes et pro-
sequentibus in obseruationem trahere: Sicut hoc contingebat tum temporis, cum ut et
Enneadecasteridis in N. 2. 5. 10. 13. 16. et 19. priusquam equinoctium d. 4. Aprilis ve-
teris Calendarij aut etiam dimensione Solarj Hebraeorum, quae non multum a Iuliana differ-
rebat, regressum in Martium fecerat, tum ceperunt plures ex his ultimis in anno fieri pri-
mae Vernales &c. De quibus hic non est locus longius differendi aut disputandi, cum
cuiuslibet librum sit quam uiderit rationabiliorem sententiam sequi.

Aliud exemplum de anno aetatis Chr. 33. quo ipse passionem et mortem pro genere
humano redimendo subierat. In eo Computus Hebr. pascha Iudaicum anno Communj me-
dij, ad 4. Aprilis Iulianj, qui fuit illius mensis 2. in Gregoriano Calendario, in feriam
7. et sabbatum transfert. Computus autem noster ex N. 4746. [qui producitur ex addi-
tamento 33. ad 4713. per sup. informationem Canonis generalis] 15. Aur. N. xij. Epacta-
lam N. e regione 201. anni ante N. Chr. [qui proximus est inter praecedentes hunc propo-
situm annum] pro nouo, et x. Epactalam e regione 101. quoque ante Chr. lab. [eadem de
causa adsumptj] pro ueteri Calendario, demonstrat: Deinde 346. cyclos et nouj Do-
minicalem B. et uetus 14. lit. D. utriusque primo a Bisextili signato, ostendit. Debent
pro Gregoriano Calendario xij. Epact. et B. Dominic. in linea 13. Tabulae C. dies 3.
Aprilis Dominicae resurrectionis: et pro Iuliano x. Epact. et D. dies 5. Aprilis, in e-
andem historiae instantiam, astrahitur: Qui dies prima Sabbathorum et idem fuisse,
qui pascha Iudaicum s. primum diem Azymorum sequebatur, ex literis Dominicabilibus pa-
tebit manifeste. Hinc feria 6. dies 7. in Gregoriano 1. et in Iuliano Calendario 3. Aprilis,
in temporis adparentia coincidentes, praecesserat, quo in ara S. Crucis Dominus N. I. C.
pro nobis oblatus fuit. Haec calendae Aprilis sequuntur Aequinoctialem diem, atque quatis-
sime ab Epactali N. xij. pro xiiij. et demonstrantur, consentiente etiam computo Hebraeo,
qui huc quoque xiiij. et reponit, et 00. Iac. et eodem die 13. Hab. occ. 27. l. 19. ll. 20. III.
Hierosolymis exhibet, quae eadem in calculo Astron. med. eodem die a media nocte ibidem 7. H.
35 l. 35 ll. 12 III. praehibetur, tantum 8. l. 16 ll. 52 III. tardius, quod perexiguum est interstitium,
arguens Computj Hebraeocon summam concinnitatem, calculo Astronomico omnibus aeta-
tibus assistente.

Cum autem tempus Apostolorum, ut et Christi humanitatis in terris, cadat in curri-

culum